

Latin 1/2 student interests. BHS 2016-17

In primis diebus classis linguae Latinae, discipuli et discipulae pingunt, et magister loquitur Latine de discipulis. Haec est fabula nostra:

Eva astronomiam amat. Caprice quoque astronomiam amat. Caprice et Eva astronomiam amant. Eva canem habet. Nomen cani est Apollo. Nick felem habet. Nomen felis est Kittish. Isabel quoque feles amat. Isabel felem habet. Nomen feli est “Moonstone” (Latine “Petaluna” vel “Lunalapis”). Isabel rusticare amat, et dormit in tentorio, sed non cum fele. Zach quoque rusticare amat. Zach rusticat cum amicis.

Shoshanna rusticare non amat, sed amat Harry Potter.. Ryan paulo amat Harry Potter, sed libros amat. Ryan amicos et libros amat. Magister amicos non habet. Magister libros Latinos amat. Libri Latini sunt amici Magistri. Emmett Harry Potter non amat, sed Emmett dormire amat.

Malachy musicam amat. Malachy canit citharā. Lena quoque musicam amat, et citharā canit. Lena paulo canit citharā. Ivy feles non amat, sed unicornos amat. Ivy unicornos loquentes amat. Nitika non unicornos loquentes, sed sororem amat. Nitika sororem parvam habet.

Eliana cafeam et theatrum musicale amat. Eliana est histrio (actor), et amat spectare spectacula. Eliana multa spectacula musicalia amat. Marielena pingit picturas. Marielena picturas magnas pingit. In picturis Marielenae, sunt personae,

non natura. Marilena personas pingit in picturis magnis. Leo et scribit et pingit optime. Leo scribit quod magister dicit--Latine! Eli libros amat, et cogitat (thinks).

Andrew ludit pilā pigmenti (paintball) et est faber (blacksmith). Logan mathematicam amat, et rusticat in montibus altis. Sophie libros amat. Sophie musicam amat, et Shakespeare. Queenie astronomiam amat, et spectaculum “Iter Stellarum.” Queenie pingit dracones, et cogitat de geminis.

Discipuli novi in classe sunt Nina et Harrison. Harrison amat urbem Detroit. Harrison est ex urbe Detroit, et canit violinā. Nina picturas pingit, et animalia amat. Nina quattuor animalia habet in casā. Oliver amat Niagra Falls, et natat in Niagra Falls. Oliver est fortis--aut insanus! Jane non amat Niagra Falls. Jane amat dulcea. Jane et Milky Way et Snickers amat. Suffragium est in classe. XIII discipuli amant Milky Way, sed XV Snickers amant!

Esme est discipula athletica. Esme non in Niagra Falls natat, sed pediludio ludit. Kai quoque pediludio ludit, et crosseā ludit. Magister crosseā non ludit. Magister libros Latinos amat, sed amicos non habet. Jake quoque est athleticus, et canistripilā ludit. Athos scientiam amat et spectat res parvas per microscopum. Brendan cubum rubicum amat. Cubus Rubicus est aenigma. Brendan cubum rubicum solvit in quadraginta quinque secundas! Audrey unicornos amat (sed non unicornos loquentes), et tubā canit. Non canit tubā maximā Americanā, sed tubā mediā. Hera habet nomen divinum Graecum. Hera musicam amat et musicam audit, sed non canit. Hera quoque pelliculas in Netflix amat. Sam citharā canit, sed

citharā parvā Hawaiianā. Liam quoque musicam amat. Liam chavichordio electonico canit, et faber est.